

iubilei curiam Romanam visitaverunt; sed modo mittit cardinalem, qui, ut residuum de substantiis 40 nostris habeat, pauperes Christi per positionem cistarum spoliat indulgencias anni iubilei sub pacto vendendo. Que posicio cistarum christifideles distrahit, diffidere et dubitare facit, nimirum quia per hanc sepe decepti sunt, puta pro conversione Bohemorum et reductione Grecorum, quorum nullum secutum est in effectum.⁵⁾

Et nescitur, cur Almani plus puniri debeant in anno gracie, qui legacionem indulgenciarum fide- 45 ter suscipiunt, quam Italici; iubileo assidue utentes nullam tamen exactionem ad cistam contribunt. Et ille idem legatus introducit sub modo et specie nostre reformationis, volens hic reformare clericos pauperes, pistores, carnifices, sutores, tabernatores. Certe si dominus apostolicus et sua curia se reformarent vel per consilium generale fieret reformatio generalis, faciliter membra ecclesie, unumquodque in suo statu, reformarentur. 50

Necessarium ergo et oportunum videtur, ut fiat consilium generale per papam, prout iuravit se velle tenere. Amen etc.

40 modo: nunc W_1 41 nostris *fehlt* W_1 relictis Be per positionem: propter impositiones W_1 42 distrahit — facit: detrahit et facit in fide dubitare BeW_2 43 pro conversione: per conversionem a reductione: reductionem W_2 44 secutum — in: deductum est ad Be est deductum ad W_2 45 legacionem indulgenciarum: legati indulgencias Be 46 nullam tamen exactionem: nulla tamen exactione Br nulla exactione W_1 cistam: cistas W_1 47 idem *fehlt* W_1 modo et *fehlt* W_1 nostre *fehlt* a 48 sutores *fehlt* a 49 se: se qui caput et capita sunt Be 50 unumquodque *fehlt* W_1 51 prout: prout ipse Be 52 Amen etc. *fehlt* BeW_1W_2 *unter dem Text*: Avisamentum porrectum archiepiscopo Maguntinensi in consilio provinciali per eundem celebrato (*getilgt*: ex par) in cautelam cardinalis legati Br Hec Talheym doctor. Hec sunt scripta ex Erfordia reverendo in Christo patri et domino Conrado archiepiscopo ecclesie Maguntinensi necnon sancte sedis Romane archicancellario anno domini M^o cccc^ol^{mo} secundo etcetera W_1 .

⁵⁾ Vgl. etwa die bei Helmrath, Basler Konzil 52f., genannte Literatur.

B. Johann von Lüttich an NvK. Er bittet NvK, wegen der Lütticher Kirchen Zurückhaltung zu üben, bis er ihn bei einem erneuten Besuch persönlich gesprochen habe, damit die Sache angemessen beigelegt werde.

Or. (mit eigenhändiger Unterschrift), Pap.: BRIXEN, Diözesanarchiv, HA, HHR I f. 67^b Nr. 165. Zur Handschrift s. Hausmann, Briefe 9–15. Druck: Hausmann, Briefe 16 Nr. 1a.

Reverendissime pater. Cum perceperimus certam esse litteram directam confratribus meis decano et capitulo maioris ac decanis et capitulis aliarum secundariorum ecclesiarum mearum Leodiensium¹⁾, cuius occasione vereor, ne plurime possint inconvenientie simultatesque²⁾ suboriri, quas, novit Altissimus, totis viribus totoque annisu vitare vellem, nec scio rem, que iniocundius michi obvenire posset, eapropter v. r. p. obnixius exoro atque deprecor, quatenus negotium hoc adversus prescriptas ecclesiam et ecclesias inchoatum bono ac decenti modo ‘sub modio reponere’³⁾ atque dissimulare velit vestra celsitudo, quoniam prelibate v. p. r. de hac materia, dum gracia dei has partes denuo adierit, ore ad os loqui propono ad finem, ut res ipsa convenienti modo sopiri valeat, quia hac vice lacius de materia scribere non valeo. In quo et mihi singularem complacenciam faciet v. r. p., quam Altissimus conservet prosperam et longevam. Ex opido meo Traiectensi raptissime xiiii 10 novembris anno etc. I primo meo sub sigillo.

V. r. p. devotus I. episcopus Leodiensis, dux Bullonensis, comes Lossensis.

Io. episcopus propria manu.

(*Außenadresse*.) Reverendissimo in Christo patri ac domino N. tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali ac sacrosancte sedis apostolice per Alamaniam legato domino suo colendissimo. 15

3 ne: me simultatesque: submultatesque 13 *eigenhändig*.

¹⁾ Nr. 1912.

²⁾ *Der nicht gerade häufige Ausdruck auch in Nr. 1978 Z. 21, was darauf hindeuten könnte, daß Johann Nr. 1978 schon zur Kenntnis genommen hätte.*

³⁾ *Vgl. Matth. 5, 15.*

1451 November 14, Trier.

Nr. 1994

Eintragung in der Trierer Stadtrechnung über Auslagen für Weinschenkung an NvK.

Or.: TRIER, Stadtarchiv, Ta 12/3 f. 3^r.

Primo han ich ußgeben des sondages na sente Mertis tage vor v amen end x seister wiins, dat dem cardinaill geschenckt wart, xii gul. r(heinish) xvii alb. ii s. Summa xiii gul. r(heinish) xvii alb. ii s.

1451 November 15, Mainz.

Nr. 1995

NvK an Rat und Gemeinde der Stadt Lemgo in der Diözese Paderborn. Er verbietet auf ihre Bitte allen kirchlichen Richtern der Diözese, wegen Geldschulden das Interdikt über die Stadt und ihre Kirchen zu verhängen.

Or., Perg. (S): LEMGO, Stadtarchiv, Urk. 527. Auf der Plika: H. Pomert, rechts darüber: S. R. s.¹⁾; unter der Plika: Visa. T. L.

Erw.: Preuß-Falkmann, Lippische Regesten III 293 Nr. 2116; Uebinger, Kardinallegat 663; Vansteenberghe 488; F. Gerlach, Der Archidiakonats Lemgo in der mittelalterlichen Diözese Paderborn, Münster 1932, 98f.; Koch, Umwelt 139; Schröer, Legation 313.

Die Verfügung entspricht der allgemeinen Anordnung des Reformdekrets Nr. 7; s.o. Nr. 1415. Ich gebe den vollen Wortlaut (von der Hand des Peter von Erkelenz) hier lediglich als Beispiel dafür, wie ein allgemeiner Dekrettext in einem Einzelfall verwendet wurde. Die wörtlichen Übereinstimmungen mit Nr. 1415 sind durch Anführungsstriche gekennzeichnet.

Iniunctum nobis apostolice 'legacionis officium nos excitat, ut cura propensiori intendamus, ne per ecclesiasticorum iudicum iurisdictiones, per quas inobediencium precipue et delinquentium peccata puniri debeant, divinus cultus diminuat aut' eciam 'pauperes pregraventur'. Sane pro parte vestra exhibita nobis nuper peticio continebat, quod nonnumquam propter pecuniarum debitum incolarum dicti opidi ac aliorum ibidem se divertencium parrochiales ecclesie eiusdem opidi ecclesiastico supponuntur interdicto sicque animarum salus et divinus cultus plurimum negligitur ac diverse ex hoc insurgunt inconveniencie. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum vobis super hoc per nos de oportuno remedio misericorditer provideri.

Nos 'igitur' huiusmodi supplicacionibus inclinati vobis, ut in dicto opido et ecclesiis eiusdem 10 'propter quodcumque pecuniarum debitum nec divinorum cessus nec eciam ecclesiasticum' per quoscumque iudices ordinariorum seu officiales 'poni' valeat 'interdictum, auctoritate' legacionis nostre, 'qua fungimur', iuxta iuris formam indulgemus. 'Quocirca' omnibus et singulis iudicibus ecclesiasticis dicte diocesis 'auctoritate' prefata 'districtius inhibemus, ne' ipsi 'propter pecuniarum debitum' huiusmodi in dictis opido et ecclesiis 'cessum divinorum aut interdictum ponant ecclesiasticum'. Et si contrarium 'fecerint, extunc divinorum cessum et interdictum' huiusmodi 'nullius existere volumus roboris vel momenti ac iudicem in hiis' delinquentem 'per sex menses a iudicando suspensum' existere, 'declaracionem inferioris iudicis superiori committendo.

Nolumus tamen per hoc excommunicatos, qui ultra annum in excommunicatione steterint, quos inopia non excusat, in aliquo privilegiari, quin contra eos ob clavium contemptum procedi possit'. 20 Nostre tamen intencionis non est, quin propter non-solucionem fructuum et reddituum ecclesiasticorum tam divinorum cessus quam eciam interdictum ecclesiasticum in opido prefato poni possit atque valeat.

¹⁾ *S.o. Nr. 1920 Anm. 2.*